

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 46. Urbs immani fame depopulata, absumptis quamplurimis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

petias ferendi opportunitas suppedita- Sæcul. XVI.  
retur. A.C. 1590.

## §. XLVI.

*Urbs immani fame depopulata, ab-  
sumptis quamplurimis.*

Interim magna undique erat in Urbe <sup>Thuan. l. 99.</sup> *Hist. de la  
Parisina omnium consternatio, at-* <sup>Mon. Franc.</sup> *que ob alimenti penuriam tanta virium* <sup>de Marcell.</sup> *debilitas, ut cives, ac præsidiarii vix* <sup>t. 4. p. 647.</sup> *armis ferendis pares essent, atque uni-  
ca panis libra aureo, frumentique sex-  
tarius plusquam viginti sex aureis ven-  
deretur: imo pauperes nonnisi canum,  
catorum, & murium carnibus vesce-  
bantur, alii vero duntaxat foliis, ra-  
dicibus, herbisque, quas e saxis evel-  
lebant, ægre vitam tolerabant: porro  
intra hoc tempus duo equorum millia,  
atque octingenti partini asini, partim  
mulæ consumebantur, ac singulis die-  
bus mane ducenti omnino homines  
quandoque in plateis fame enecati re-  
periebantur, adeo, ut mortuorum nu-  
merus ad tredecim millia ascendisse re-  
feratur: insuper in platearum angulis,  
ubi alias frequentior erat incolarum con-  
cursus, necnon in publicis compitis nil  
nisi lebetes coctis herbis nequidem sale  
conditis pleni, necnon pulmenta ex  
avenaceo furfure decocta vi sebantur, nec  
raro rustici mortuos etiam canes om-*

F 3

nino

Sæcul. XVI  
A.C. 1590.

nino crudos devorabant, alii vero bestiarum intestina ad sterquilinium projecta manducabant, passimque cadaverum ossa in farinam molebantur: nec melior potus, quam cibi, erat conditio; deficiente enim vino, in ænopolii nescio quæ potio ex avenæ paleis, ac radicibus decocta vendebatur, unde communis hæc calamitas in gravissimos morbos, & præcipue tumores, atque hydropises degenerabat, quæ tamen omnia mala animi ad extremam patientiam obstinati tolerabant constantia vix unquam audita, quæ crescentibus miseriis magis, magisque in eis augeri videbatur: insuper cives noxarum condonatione a Legato concessa, necnon Concionatorum hortationibus tanto-pere in suo proposito firmabantur, ut exuta omni humanitate plures neci traherentur, non aliud ob crimen, nisi quod vel panem, vel pacem dari peterent.

### §. XLVII.

*Thuan. l. 99. Parisiensium Deputati ad Regem.*

*Mez. ab-rege. t. 3. p. 370.  
Mem. de la Lig. p. 159. t. 4. p. 159.*

Postea die quinta Augusti Parisienses datis ad Maduanum literis extremam, ad quam urbs esset redacta, necessitatem eidem exponebant: urgente autem mali violentia, ac prompti responsi opportunitate undique interclusa Legatus